

tus. p. 164. „Es sind auch sehr lebenswürdig die Hochfürstl. Münz-Cabineter zu Stutgard und zu Neuenstat, deren das eine von Herzog Eberhardo, das andere aber von Herzog Friderico aufgerichtet.“ Tandem, in excellentissimis recenset Numophylaciis nostrum etiam Cel. Henricus Johannes Byttemeister, in delineatione Rei numismaticae vniuersae, tertium Argentorati, Anno 1744. edita. In prolegomenis, p. 14. §. IX. praestantissimas refert in Germania Numorum gazas, seqq. verbis: „In Germania numophylacium praecipuum & excellentissimum laudatur I. Imperiale VIENNENSE; & II. Regium BEROLINENSE: memorandum vero porro III. Electorale DRESDENSE. Ducale IV. GOTHANVM, cui ARNSTADIANVM olim accessit: V. STVTGARDIANVM: VI. VINARIENSE; VII. WEISSENFELSENSE: VIII. CASSELLANVM.“ Destinauerat vero fors, vt thesaurus ille prorsus eximius, ad regnatricis in Wirtembergia domus transfret possessiones. Mortuo etenim, A. 1716. Ser. D. FRIDERICO AVGVSTO, factum est, vt solae superstites ipsi filiae Serenissimae gazam illam Ser. Duci EBERHARDO LVDOVICO concederent, a quo integra illa insigni pretio, Anno 1729. redempta, & Gochsbemio, vbi hos antiquae historiae testes secum in secessu habuerat Princeps Serenissimus, Stutgardiam postea est transuecta.

Ea